Stanislaus Augustus Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernicchoviæquè

Uwaga

Dyplom ten iest przelany
na W. Kazimierza Bogatko
syna zmarłego Jana Bogatko
Patrz Akc. 11298 / 6974 r. 23.
Dulanowski
Arch.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest, Universis et Singulis. Quod cum Bona stabilia seu Solistantia post Suppressionem Instituti Patrum Societatis Jesu in Regno Nostro, ejusque Provincijs consistentia in præsentibus Comitijs Regni sub generali Confœderatione celebratis per Constitutionem specialem ita sint disposita, ut per nos hæreditas illorum Ei conferatur, Cui per pluralitatem Votorum in Commissione eo intuitu designata agnita fuerit, et qui sufficiens pignus per inscriptionem in Bonis suis proprijs, aut Summis pecuniarijs, vel indefectu præmissorum Cautionem idoneam præstiterit; attento itaquè testimonio Rndi Præsidis Commissionis manu subscripto favore Gnosi Joannis Bogatko Regentis Terrestris Ravensis, et ex eodem Pallu Nuntij ad moderna Comitia post Cessionem Gnosi Savij Gomulinski Instigatoris Rni pluralitatem Votorum ad acquirendam Hæreditatem Bonorum Villarum Byliny et Dziwdziuty in Palatinatu et Terra Ravensi sitto habentis, ac in altero puncto, quoad pignus sufficiens nexu memoratæ Constitutionis coram Commissione prælibata satisfaciente; Eidem Ipsiusque Successoribus supranominata Bona Villarum Byliny et Dziwdziuty hæreditaria, cum omnibus eorundem Bonorum attinentijs fusius in Lu

stratione

„stratione comprehensis, utilitatibus, usibus, fructibus, proventibus, com„
modis, et obventionibus, ædificijs, agris, pratis, campis, Sylvis, nemori„
bus, Stagnis, piscinis, fluminibus, ac quarumvis aquarum de
„cursibus, molendinis, molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus, Sub„
„ditis, Cmethonibus, hortulanis, inquilinis, in Bonis supradictis ex„
stentibus, et ubiq reperibilibus; pecoribus, pecudibus, totaque eorum
supellectili domestica, datijs, tributis, censibus, dierum laboribus, vigi„
„lijs cunctaque obedientia Subditorum per ipsos præstari solita cun„
„ctis denique attinentijs antiquitus ad eadem Bona Villarum By„
liny et Dziurdziuly spectantibus, nullis penitus exceptis, sed ita late, lon„
ge et circumferentialiter, prout in suis metis et limitibus extant et
extabant, jure perpetuo hæreditario et irrevocabilis Donationis titulo
etiam cum Jure Patronatus præsentandorum Parochorum, si aliquod
ijsdem Bonis Villarum Byliny et Dziurdziuly ex lege et usu anti„
quo competat, danda, donanda et conferenda esse duximus, prout
præsenti Diplomate Nostro damus, donamus et conferrimus in
perpetuum. Vigore cujus Donationis collatæ perpetuæ Nostræ idem
Gnosus Joannes Bogatko ejusque Successores præfata Bona Villa
rum Byliny et Dziurdziuly in Possessionem suam per Intromissionem
Officiosam apprehendenda tenebit, habebit et possidebit, Successoresque
Ejus tenebunt, habebunt, et possidebunt perpetuo et in ævum. Cum ea
nihilominus speciali Conditione, ut præter onera publica census supra
nominata constitutione ordinatus et per Commissionem designatam
impositus: videlicet in quota mille trecentorum quinquaginta flore„
norum Polonicæ moneta in Regno currenti nunc per medium ad
Dispositionem suprafatæ Commissionis juxta exhibitam quietationem
solutus, in post à moderno Donatario Ejusque Successoribus et
Hæredibus anticipative duabus Rathis una pro Festo Sanctorum
trium Regum imminenti, altera pro Festo Sancti Joannis Bapti

stæ

„stæ ejusdem Anni et sic consequenter quovis Anno ad ærarium Commis„
„sionis educationis nationalis pendatur et solvatur. Cæterum promitti„
„mus pro Nobis et Serenis Successoribus Nris, quod eundem Gnosum Jo„
annem Bogatko Donatarium Nrum, illiusque Successores in pacifi
ca hæreditaria sæpedictorum Bonorum Villarum Byliny et Dziurdziu
ly possessione ac usufructu eorum non impediemus, nec à quopiam
impediri permittemus, Successoresque Nri non impedient, nec impediri
permittent, quinimo Ipsum et Ejus Successores in Jure et Possessione hæ
reditaria conservabimus, manutenebimus, et tuebimur, Successoresq
Nri conservabunt, manutenebunt, et tuebuntur. Quod omnibus quorum
interest: præsertim vero Officijs et Subsellijs Rni Nri quorum Jurisdictio„
„ni præmissa Bona subsunt, notum esse volentes: mandamus, ut
supramemorata Bona Gnoso Joanni Bogatko Donatario Nro in rea
lem Possessionem per Officiosam intromissionem tradant, atque præ
sens Donationis Nræ Diploma in toto exequantur, illudque et
Ipsi observent, et ab alijs observari et conservari curent, pro
Gratia Nostra, et Officij debito. In quorum fidem præsentes ma
nu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ die XX Xbris Anno Domini MDCCLXXIV Regni vero No
stri XI Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Diploma Donationis perpetuæ Bo„
norum Villarum Byliny et Dziur„
dziuly in Palatu et Terra Ravensi
Illri Gnoso Joanni Bogatko Regenti Terræ
Raven et ex eodem Palatu Nuntio ad Moderna
Comitia post Cessionem Gnosi Sarij Gomu„
linski Instigatoris Rni datur.

Antonius Silewski Sæ Ræ Mttis
et Sigilli Majoris Rni Secretarius

#

Susceptum in Biatta in Positione Actorum Terrestrium Ravene
Feria Secunda post Festum Nattis Scti Joannis Baptistæ
proxima die Scilicet Vigesima Sexta mensis Junij A.D. 1775to.
Ad Oblationem Gnosi Antonij Lutoborsky Burg. Ravene
cujus Originale Idem Offerens ad Se denuo recepit et de re:
cepto Judicium prns et Cancellariam ejus Quietavit
Quietatq presentibus. Quod Testor.

Mathias Medyński Vice Regens Ravene

N. O. O.

Na Osobiste Wielmożnego Marcina Szymona Lutoborskiego
Podanie, Niniejszy Dyplomat w Biatty w Księgach Ziemskich
Czerskich Dnia Dwudziestego Piątego Miesiąca Stycznia
Roku Pańskiego 1796go został umieszczony, y co do słowa
w Protokuł Pierwszy wpisany Co zaswiadczam..

Andrzey Biedrzycki Regent Ziemski Czerski Powiatu
Bielskiego ręką własną